biectare. Satius eſt enim, me meis rebus geſtis florere, quam rum opinione niti, et ita viuere, vt ego ſim poſteris meis nobili- initium, et virtutis exemplum. Neque me cum iis conferri de- P. C. qui iam deceſſerunt, omnique odio carent, et inuidia; ſed iis, qui mecum vna in republica verſati ſunt. Sed ſi fuerim aut 9
honoribus petendis nimis ambitioſus; (non hanc dico popularem itionem, cuius me principem confiteor, ſed illam pernicioſam ra leges, cuius primos ordines Salluſtius duxit) aut in gerendis iſtratibus, aut in vindicandis maleficiis tam ſeuerus; aut in tuen-

ia *populi R. tuti eſſe posſint.* Sulpic. Hiſt. cap. VII. *Daniel illuſtri* opinio- *xpertus.* vbi vide Vorſtium. adde l. ad Frontin. I. Strateg. cap. I. n. 10.

minis *et dignitatis* ] *Nomen* eadem no- apud Caeſarem l. c. Plinius VII. epiſt. *mines non nullius in litteris* nominis. ſtil. I. cap. II. *perueniſſe me ad aliquod en ingenii.* Ipſe Cicero ita aliquoties. lius, *nomen gloriamque*, Iug. cap. n. 12.

ue de *nobis exiſtumetur* ] Omnes no- MSS. omittunt Praepoſitionem *de.* In- e *nobis* aeque hoc initium nominis et itatis eſſe. Mox iidem Codd. *ſunt* re. quod Gruterus debebat animad- re. qui, credo, propter proxime ſe- tia ab librariis τὸ *ſunt* omiſſum eſſe, imauit.

*tuae turpit. pigeret* ] quia nobiliſſimus que quam optimos liberos habere vo- vide Salluſt. Iug. cap. LXXXV. n. 16.

*rtute mea* praeluxi ] h. illuſtraui eos te mea, vt iam noti ſint. qualis illa gia laus M. Catonis apud Cic. III. Offic. XVI. Similia etiam Plinius. Infra lian. *tu tuis vitae.. obfudiſti.* Academ. *udiſti.* *Offundere tenebras*, *caliginem*, *lem* ex Cicerone nota ſunt.

8. *rebus geſtis* florere ] Corn. Nep. Milt. princ. *Cum et antiquitate generis, et gloria maiorum, et ſua modeſtia vnus omnium maxime* floreret. ita ille aliquoties. item Iuſtin. XLIII. cap. V. n. 4. Rem eamdem pluribus demonſtrat Marius Iug. cap. LXXXV.

*et inuidia* ] Deſcriptum hoc ex Demoſthenis Or. de Corona pag. 357. quem lege.

9. *Sed ſi fuerim* ] Guilielmius, teſte Grutero, coniecerat: *Etſi fuerim.* Mallem ego, extruſa Coniunctione *ſi*, *Sed fuerim.* Cui formulae eleganter infra *at* reſpondet. vide Sall. Iug. cap. XXIV.

*popularem ambitionem* ] *Popularis ambitio* in vitio eſt apud Iuſtin. I. cap. I. *quos ad faſtigium huius maieſtatis non* ambitio popularis, *ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat.* Vopiſc. Aurelian. cap. XV. *perierunt caſta illa tempora, et magis* ambitione populari *peritura ſunt.* Auctor in meliorem partem ſumſit, pro ſtudio omni populo R. gratificandi: quemadmodum ipſe Cicero in de L. Agraria ſemet *popularem conſulem* nominat. Contra *ambitio contra leges* eſt ambitus, aut malis artibus fauorem populi adquirendi ſtudium, quod maxime in honoribus petendis manifeſtatur. vide Cic. I. Offic. cap. XX. et XXV.

da

da republica tam vigilans; quam tu proſcriptionem vocas: credo, quod non omnes tui ſimiles incolumes in hac vrbe vixiſſent: At quanto meliore loco reſpublica ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum
10 ciuium, vna cum illis adnumeratus eſſes! An ego tunc falſo ſcripſi, *Cedant arma togae*, qui togatus armatos, et pace bellum oppreſſi? An illud mentitus ſum, *Fortunatam natam me conſule Romam*; qui tantum inteſtinum bellum, et domeſticum vrbis incendium exſtinxi?

III. 11 Neque te tui piget, homo leuiſſume, cum ea culpas, quae in hiſtoriis mihi gloriae ducis? An turpius eſt, P. C. ſcribentem mentiri, quam illum palam hoc ordine dicentem? Nam, quod in aetatem increpuiſti, tantum me abeſſe puto ab impudicitia, quantum tu a pudi-
12 citia. Sed quid ego de te plura querar? Quid enim mentiri turpe duces, qui mihi auſus ſis eloquentiam vti vitium obiicere, cuius ſemper nocens eguiſti patrocinio? An vllum exiſtumas poſſe fieri

*quam tu proſcriptionem vocas* ] Declam. ſuperiore n. 12. *quam*, pro *quod*, vt Sall. Cat. cap. VII. n. 6. eas *diuitias*, eam *bonam famam*, cet. vbi vide, ſi talia cupis, quae noua videbantur Criſpino. infra Gudian. et Gryphius: *incolumes in vrbem veniſſent*; Acad. *in vrbe viuerent*,

*reſp.* tuenda *ſtaret* ] Neſcio, quis primus illud *tuenda* inuexerit; cum MSS. et edd. vett. omnes nihil tale agnoſcant. Glareanum video teſtari, eſſe contra in vet. quodam cod.

*vna c. i. adnumeratus eſſes* ] i. in illorum numerum translatus et vna cum illis ad ſupplicium tractus eſſes. Gudian. *vna cum illa*,

10. *An ego tunc falſo ſ. Cedant* ] Academ. *An ergo tunc* cet. Vide Declam. ſuperiorem n. 12. et 13. Mox *fortunatam natam* habent MSS. et ed. Ciceronis; ſed Venetae *natam* omittunt.

*domeſticum vrbis* incendium] Dura eſt locutio, ſi *incendium* proprie intellexeris. Mollior ſi pro ruina, infortunio et ſumma calamitate: vt diximus ad Salluſt. Cat. cap. XXXI. extr.

11. illum *palam hoc ordine* ] *hoc ordine* deſideratur in Gudiano. Ceterum poſitus Prouocabuli *illum* eſt Ciceronianus. Is enim et ſecundo loco illud ponere ſolet; qua ratione exponeres, *illum ſcribentem mentiri, quam palam*, cetera: et vbi bene omitti poterat, addit; vt ſit vniuerſalis oratio, non ad ſolum Salluſtium pertinens. Vtrumque exemplis firmauimus ad Cic. Epiſt. adde notam ad Sall. Cat. cap. LII. *pulcherrimam* eam *nos haberemus*,

*quod* meam aetatem *increpuiſti*] Gudian. Remenſ. et edd. vett. *quid in aetatem increp.* Acad. *in meam aetatem*; Incert. *in aetate*. Ciceronis edd. nuperae: *quod aetatem increpuiſti*. Male, *increpare in quem*, ea aetate vſitatum, et ex hoc loco ſumſiſſe videtur Auctor Epiſt. I. de Rep. Ord. cap. IV. n. I. *An illa, quae paullo ante hoc bellum in victoriam Sullanam increpabantur.* *Aetatem* praeciſe eleganter poſuit, pro ea, quae n. 20. circumſcribitur, apta nimirum ad patiendum, quae alteri collibuiſſent. Sueton. Claud. cap. XVI. *alium corruptelis adulteriisque famoſum, nihil aliud, quam monuit, vt aut parcius aetatulae indulgeret, aut certe cautius.* Vide Schulting. ad Senec. II. Controu. XIV. pag. 196. et Contr. XV. pag. 201. vbi docet *aetatem* ſaepe pro aetate florente dici. adde infra n. 35.

*quantum tu* abes *a pudicitia*] Ita omnes edd. recentiores. at omnes vett. omnesque MSS. *abes* omittunt, quod ἀπὸ κοινοῦ intelligendum. Sed Academ. *quantum te a pudicitia*, nempe abeſſe ſcio. Atque ita Criſpus Cat. cap. XLVII. n. I. *ſe nihil amplius ſcire, quam legatos.* vbi vide Ciceronis exempla. adde Iug. cap. LXXXVII. n. 4.

12. *ſemper nocens eguiſti patrocinio*] Gu-

ciuem

egregium, qui non his artibus et diſciplinis ſit eruditus? An
putas eſſe rudimenta et incunabula virtutis, quibus animi ad
cupiditatem aluntur? Sed minime mirum eſt, P. C. ſi homo,
deſidiae ac luxuriae plenus ſit, haec vt noua atque inuſitata mi-
. Nam quod iſta inuſitata rabie petulanter in vxorem, et in fi- 13
meam inuaſiſti, quae facilius ſe mulieres a viris abſtinuerunt,
tu vir a viris; ſatis docte ac perite feciſti. Non enim me ſpe-
mutuam tibi gratiam relaturum, vt viciſſim tuas compellarem.
enim ſatis es materiae habens: neque quidquam turpius eſt
tuae, quam tu. Multum te vero opinio fallit, qui mihi putaſti 14
re inuidiam ex mea re familiari: quae multo mihi minor eſt,
habere dignus ſum. Atque vtinam ne tanta quidem eſſet
aeſt; vti potius amici mei viuerent, quam ego teſtamentis eo-
locupletior eſſem! Ego fugax, Criſpe Salluſti? Furori tribuni 15

belle exſulat *nocens*, quod ex Gloſſa ; et qui egent patrocinio eloquen-, nocentes ſunt. In ſententiam lege de Orator. cap. v. aliis. ipſe Cice-.

*rudimenta et incunabula virtutis*] de *ru-* lege ſupra notata n. 3. *rudimenta* dixit etiam Lactant. IV. cap. XXIV. modo *incunabula* Iuſtinus XII. cap. 6. *Si non ſolum tirocinia, verum et in-* *ula in ipſis caſtris poſuiſſent.* Cicero, *abula oratoris*, ſed cum addito *quaſi.* *incunabula doctrinae.* Mox *deſidiae* more Ciceronis, quem iam veteres pretes obſeruarunt. Incert. et Re- *rudimenta* ſcribunt.

rabie *pet. in vxorem* . . . inuaſiſti] No- bet dicendi genus Glareanus, *inua-* *vxorem.* Neſcio, an ob geminatam poſitionem: cum tamen Cic. II. Offic. *inuadere in remp.* dixerit; quomo- Criſpus Iug. cap. XXXII. n. 4. An pro- ſenſum. ſed vt ille conſtet, iunge *ra-* *uadere.* De verbis enim petulantio- , de maledictis et importuna elo- tia dicitur *rabies*: inde *rabulae, cani-* *cundia*, alia talia elogia valde oppor- apta. Mart. Capella Lib. IX. ad fin. rabidum *quem videre ſaecla Iurgiis* *blatteratus pandere.* vide ſupra ad gment. Glareani cod. vet. vt et A- . *meam* omittunt.

*mulieres a v. abſtinuerant*] ita Academ. et edd. Ciceronis. Sed reliqui MSS. et impreſſi vett. *mulieres ſe.* *Mulierum abſtinentia* a viris eo laudabilior eſt, quia illis plus, quam viris, libidinis adtribuunt. vide ad Salluſt. Cat. cap. XXV. Academ. *abſtinent.*

*mutuam tibi* gratiam *relaturum*] *Gratia* in malam partem. Seneca de Clem. cap. VII. *et non retuliſſe laedentibus* gratiam, *infirmitas videtur, non clementia.* vbi vide Gronouium.

*et viciſſim tuas compellaturum*] Omnes MSS. et edd. vett. *vt vic. t. compellarem.* atque ita iam ediderunt in Cicerone. Gudian. *tuos* non male.

*ſatis* es *materiae* habens] Academ. *eſt. es habens*, pro *habes*, vt Terent. Andr. A. IV. Sc. V. *v.* 36. *vt tu* ſis ſciens. quomodo Graeci Latinique perſaepe. Cicero: *Eſt loquens*, et alia ſimilia protulit. vide ad Salluſt. Iug. cap. XXXI. n. 19. Plaut. Poen. A. V. Sc. II. *v.* 78. *vt tu ſis ſciens.* Catullus Carm. LXIV. *Eſt coercens.* Sidonius II. epiſt. X. *ſis meminens.* vbi vide Sauaronem. Imitati ſunt haec veterum Pontanus, Lipſius, quod exemplis oſtendit haud vulgari laude dignus Vechnerus II. Hellenolex. cap. IX. p. 341. ſqq. Infra Incert. *domui tuae.* de quo ad Cat. diximus.

14. *Multum te vero opinio fallit*] Remenſ. et Academ. *Multum vero te, opinor, fallit.* infra omnes MSS. et edd. vett. *quam habere dignus ſum*, non *ſim.* Reſpondet Declam. ſuper. n. 9.

pl. ceſſi: vtilius duxi, quamuis fortunam vnus experiri, quam vniuerſo populo R. ciuilis eſſem diſſenſionis cauſa: qui, poſteaquam ille ſuum annum in rep. perbacchatus eſt, omniaque quae commouerat, pace et otio reſederunt; hoc ordine reuocante, atque ipſa Rep. manu retrahente me, reuerti. Qui mihi dies, ſi cum omni reliqua vita conferatur, animo quidem meo ſuperet, cum vniuerſi vos, populusque R. frequens aduentu meo gratulatus eſt. Tanti me fugacem, mercenarium patronum hi aeſtimauerunt.

IV.16 Neque hercule mirum eſt, ſi ego ſemper iuſtas omnium amicitias exiſtimaui. Non enim vni priuatim ancillatus ſum, neque me addixi: ſed quantum quisque reip. ſtuduit, tantum mihi fuit aut amicus

15. *Furori tribuni pl. ceſſi* ] Clodii, famoſiſſimi inimici Ciceronis, qui ob eam cauſſam, vt Ciceronem in exſilium pelleret, ad plebem tranſiit. Plutarch. Caeſar. p. 714. adde Vellei. Pat. II. cap. XLV. ibique Boeclerum.

quamuis *fortunam vnus* ] Acad. *q. fortunam vnam. quamuis a quiuis.* Sed Cicero etiam extra talem compoſitionem eleganter *quamuis* adhibere ſolet, quod ad Sall. Cat. docuimus. Conſilium illud optimorum ſemper ciuium fuit, quod et Catilina ſimulat apud Sall. cap. XXXIV. n. 2.

*qui, poſtquam ille ſuum animum in rep.* ] Academ. *qui tribunus poſtquam.* Male. nam *qui* ad Ciceronem pertinet, et ad Verbum *reuerti.* MSS. et edd. vett. *ſuum animum.* Sed Gudian. *qui poſteaquam ille ſuum in rep. perbacatus eſt.* Recte emendarunt, *ſuum annum*, quae ſollemnis eſt Latinorum formula, vt iam alibi monſtrauimus. *Perbacchari* Ciceronis verbum eſt, quomodo *bacchari* Sueton. Calig. cap. LVI. princ. *Ita* bacchantem *atque graſſantem non defuit plerisque animus adoriri.*

*pace et otio* reſederunt ] Gudian. et Acad. *reſiderunt.* Cicero, *reſidet timor, impetus.* Sic Celſus IV. cap. V. *reſidet inflatio.*

*animo quidem meo* ſuperet ] *ſuperet* omnem meam vitam, et quam ea nactus ſum gloriam.

*vos populusque R. gratulatus* eſt ] Mera Ciceronis imitatio. ita ille pro Rabirio: *vos, vos, inquam, ipſi et Senatus* reſtitit. adde XIII. Epiſt. LXI. n. 3. Salluſt. Iug. cap. XLIII. n. 4. ADVENTV MEO vel intelligitur, inquit Badius, *in*, vel Ablatiuus pro Datiuo poſitus eſt. Prius verum. Ponunt enim ſextum Caſum et intelligunt *ſub.* Cic. V. epiſt. XVII. n. 3. *et proxime recenti* aduentu meo, *cum rem aliter inſtitutam offendiſſem, ac mihi placuiſſet, ſi adfuiſſem: tamen nulla in re ſaluti tuae defui.* vbi vide. Caeſar V. Gall. cap. VIII. *Caeſar* ſolis occaſu *naues ſoluit.* Remenſ. *congratulatus eſt.*

16. ſi *ego ſemper iuſtas o. a.* exiſtimaui ] Criſpinus *ſi* exponit *quandoquidem*, vt haec ad ſuperiora retuliſſe cenſendus ſit, quaſi ea cauſſa omnes reditui Tullii fauentes fuerint, quod ille omnium amicus fuerit: de qua notione particulae diximus ad Cic. XII. epiſt. XII. n. 5. Sed qui haec prorſus ſeparant, vt fecit Gruterus, *ſi*, pro *quod* accipiunt. quomodo mox n. 17. *itaque non eſt mirum*, ſi *nullius amicitia vſus ſum* cet. Et hoc inprimis poſt verbum *miror:* quo pacto etiam *niſi*, pro *quod non* adhibent, vt in illo: *mirum*, ni *cantet.* Cic. de Haruſp. Reſp. cap. V. *Non* mirum, ſi *hoc vobis ridiculum videtur.* quomodo ille saepiuſcule. Ergo *iuſtas amicitias exiſtimare* conciſa locutio eſt, pro *iuſtas eſſe debere*, aut iuſtas, eas demum amicitias exiſtumaui. vide ad Cat. cap. X. n. 3. quod itidem ex Cicerone fluxit. IV. epiſt. IV. n. 14. *qui fortaſſe arbitraretur, me hanc* remp. *non* putare. Clarius Seneca de Tranqu. cap. X. *ſi molueris* malam putare vitam *potius, quam inuidioſam facere.* vbi plura Gronouius.

*tantum mihi fuit aut* ] Academ. *mihi tantum fuit*, cet. atque ita legitur inter Cice-

aut

inimicus. Ego nihil plus volui valere, quam pacem; multi pri-
uatorum audacias nutriuerunt. Ego nihil timui, niſi leges: multi
eſſua timeri voluerunt. Ego nunquam volui quidquam poſſe,
pro vobis: multi ex vobis potentia freti, in vos ſuis viribus abuſi
ſ. Itaque non eſt mirum, ſi nullius amicitia vſus ſum, qui non 17
perpetuo reip. amicus fuit: neque me poenitet, ſi aut petenti Vati-
reo patrocinium pollicitus ſum, aut Sexti inſolentiam repreſſi,
Bibuli patientiam culpaui, aut virtutibus Caeſaris faui. Hae
enim laudes egregii ciuis, et vnicae ſunt. Quae ſi tu mihi vti vitia
icis, temeritas tua reprehenditur, non mea vitia culpabuntur.
ndicerem, ſi apud alios mihi eſſet differendum, P. C. non apud 18
s quos habui omnium actionum mearum monitores. Sed, vbi
enim teſtimonia adſunt, quid opus eſt verbis?
Nunc ad te vti reuertar, Salluſti, patremque tuum praeteream: 19. V.

is opera. Ceterum omnes edd. vett. micus, aut aduerſarius.

audacias nutriuerunt ] Acad. aud. timue-; Edd. Venetae, *metuerunt*, quomo- Gruterus in Cicerone: vnde factum, vt longe diuerſa interpunctio inuehe-ur, quae omnem elegantiam ita cor-pit, vt nihil poſſit ſupra. Rectius ue Gudian. Remenſ. Incert. ceteraeque *nutriuerunt.* nempe ita *pax*, et auda-priuatorum, ad miſcenda omnia ſeſe ciunt, quam nutriuerunt, qui decre-ope, conſilio adiutores fuerunt. *Pri-* vocat Caeſarem maxime et qui ex ea ione, quoniam ſine publico conſilio ſuas egerunt. Atque ita Auctor de p. Ord. et M. Tullius variis locis.

*nihil timui, niſi leges* ] Elegantiſſima di-*timere leges*, et vſus eſt eadem Criſpus . cap. LI. n. 24. vbi vide.

*ex vobis potentia freti* ] Academ. *multi vobis potentia noſtra freti contra in vos* . Vtrumque additamentum ex Gloſſa . *noſtra*, pro *veſtra* ſcripſit, quo inter-tari voluit illud *ex vobis*, quod nec alii ditores ſatis intellexerunt. *potentia ex vo-* eſt potentia a vobis data, ex vobis pro-ſta: et elegantiam quaeſiuit in oppoſi-tione *ex vobis*, *in vos*: qualem oppoſitio-nem Tullius commendat, et ad Nume-um orationis facere docuit. Alterum illuſtrauimus iam ad Cic. III. epiſt. XIII. n. 2. *Quis enim ad me non perſcripſit, te non ſo-lum auctoritate orationis, ſententia tua*, qui-bus *ego* a tali viro *contentus eram: ſed et-iam*, cet.

17. *petenti Vatinio* ] Vide de his Declam. ſuperiorem n. 16.

*hae enim laudes egregii c. e. v. ſunt* ] Sic MSS. Alii *enim* omittunt; quidam alieno loco ponunt. Sed Venetae edd. haec o-mnia in exſilium miſerunt. Guilielmius pro *vnicae*, malebat *vnici*. Vtrumque non male. *laudes vnicae* ſunt praecipuae, po-tiſſimae. ita Cic. de Senect. cap. XVII. *elo-gium vnicum.* vbi vide Graeuium. Eutrop. IX. cap. VIII. *vir* vnicae *moderationis et ciui-litatis*, cum nota Cellarii, qui et aliis locis hanc ſignificationem iam adſtruxit.

18. *apud alios mihi eſſet* dicendum ] Sic quidem omnes edd. recentiores, ſed per ſummam ſecordiam. MS. Incert. *diſceptan-dam*; Gudian. et Acad. *diſcernendum*. Ve-netae poſteriores, *differendum*; priores, *differendum.* Vnde iam patet vere a no-bis ſcriptum eſſe *differendum.* atque ita Cato ſemel atque iterum apud Salluſt. Cat. cap. LII.

*actionum mearum monitores* ] Acad. *ac-cuſationum.* male. *Actiones* Ciceronis re-cte dici, iam ſupra probauimus ex Criſpo noſtro. Tullius, *actionum auctores teſteſ-que* habere dixit: idemque *auctorem et mo-nitorem* coniungit. non male. vide noſtra ad Sall. Iug. cap. LXXXV. n. 10.

qui ſi nunquam in vita ſua peccauit, tamen maiorem iniuriam reip. facere non potuit, quam quod te talem filium genuit. Neque, tu ſi qua in pueritia peccaſti, exſequar, ne parentem tuum videar accuſare, qui eo tempore ſummam tui poteſtatem habuit, ſed qualem adoleſcentiam egeris. Hac enim demonſtrata, facile intelligetur, quam
20 petulanti pueritia, quam impudicus et procax, adoleueris. Poſteaquam immenſae gulae impudiciſſimi corporis quaeſtus ſufficere non potuit, et aetas tua iam ad ea patienda, quae alteri facere collibuiſſet, exoleuerat; cupiditatibus infinitis efferebaris, vt, quae ipſe corpori tuo turpia non duxiſſes, in aliis experireris. Ita non eſt facile exputare, P. C. vtrum inhoneſtioribus corporis partibus rem quae-
21 ſierit, an amiſerit. Domum paternam viuo patre turpiſſime venalem habuit, vendidit. Et cui dubium poteſt eſſe, quin mori coegerit eum, quo hic nondum mortuo pro herede geſſerit omnia? Neque pudet a me eum quaerere, quis in P. Craſſi domo habitet; cum
22 ipſe reſpondere non queat, quis in ipſius habitet paterna domo. At hercule! lapſus aetatis tirocinio, poſtea ſeſe correxit. Non ita eſt: ſed abiit in ſodalitium ſacrilegi Nigidiani: bis iudicis ad ſubſellia attra-

19. *quod te talem filium g.*] Similiter Auſonius de Marco Antonino Caeſ. Epigr. XVII.
*Succeſſore ſuo moriens, ſed principe prauo,*
*Hoc ſolo patriae, quod genuit, nocuit.*
*te talem* habes apud Criſpum Iug. cap. CII. n. 5. vide Eod. cap. X.

*qui eo tempore ſummam t. p. h.*] Gudian. *ſi eo tempore ſummam tui partem habuerit.* Academ. *ſum. poteſtatem habuit tui.*

*tam impudicus et procax*] Gudian. *tam impius et procax.* Verum quiuis viderit, ſcribendum eſſe cum edd. Venetis, *quam imp. et proc. adoleueris.*

20. *impudiciſſimi corporis quaeſtus*] *quaeſtum* intelligit, quem patiendo, vt mox dicit, impudicitia, ſeu ſtupro corporis fecerat, de quo vide Sall. Cat. cap. XXIV. n. 3. ibique notata. Remenſ. et Gudian. *quaeſtus, ſumtus ſufficere* cet.

*aetas tua iam — exoleuerat*] i. maior natu eras, quam vt ea pati poſſes. Sic Criſpus l. c. *aetas quaeſtui modum fecerat.* Apulei. Apolog. pag. 323. *pudore diſpoliato, flore exoleto, flammeo obſoleto.* Senſus de cupiditatibus infinitis idem eſt apud Criſpum Cat. cap. XIII. extr.

*non eſt facile* exputare] Ita recte edd. Ciceron. Contra Salluſtianae etiam Venetae *reputare.* Alteram firmant MSS. noſtri omnes, praeter Remenſ. in quo neutrum Verbum conſpicitur.

21. *venalem habuit, vendidit*] Et hoc eſt ex numeris Tullianis. Rem ipſam ab hoc Declamatore mutuatus eſt Auctor haud adeo vetuſtus Vitae Salluſtii: *paternam domum vendidit, vt crimine adulterii ſe redimeret;* ſcilicet, vt cohaereant mendacia.

pro herede *geſſerit omnia*] tamquam heres. Plura dabit nota ad Criſpi Iug. c. XCVIII.

22. *At hercule lapſus eſt aetatis tirocinio*] MSS. *At hercules.* Remenſ. *ad Herculis pedes lapſus eſt.* *At* eſt particula Occupationis, vti *At vero, At enim.* vide Cat. cap. LI. n. 25. *Aetatis tirocinium* eſt prima aetas, ſimili translatione, qualis illa, de qua ſupra ad n. 3. Acad. *in tirocinio.* *Non ita eſt,* formula et Ciceronis et Salluſtii Cat. cap. LI. et Iug. cap. LXXXV.

*ſed abiit in ſodalitium ſacril. Nigid.*] Academ. *ſed abiit in ſolidalium ſacrilegii N.* Remenſ. *ſed abiit in ſolicium.* Gudian. *ſed in ſolidacium ſacrilegii aliud Nigidiani.* Corrupta haec vix ex ſola coniectura emendare audeo. Nec viri docti H. Glareanus et Io. Clericus ſciunt, quis ille *Nigidianus* ſacrilegus fuerit. Forte *ſacrilegii Clodiani*

ctus,



ctus, extrema fortuna ſtetit: et ita
ſed iudices peieraſſe, exiſtimaren
ſtura adeptus, hunc locum et hun
ſibi quoque, ſordidiſſimo homini
nora eius clam vos eſſent, cum om
probrio eſſet, confeſſus eſt, vobi
erubuit ora veſtra.

Vixeris, vti libet, Salluſti; ege
tuorum ſcelerum conſcium eſſe;
nimium exprobrare. Sumus di
noſtrarum: ſed ita experrecti n
Audacia tua vincit ſtudia noſtra.
factum ac dictum turpe, quem n

melius eſſet ad perſonam dicentis. Pot
runt alia etiam excogitari ab his, quib
otium erit.

*extrema* fortuna *ſtetit*] Academ. om
tit vocem *fortuna* ſtetit, vt *extrema ſtetit*
ex Prouerbio *in extrema regula ſtare, in*
*tremo ſtare.* vide Lipſium ad Senec. Ep
XII. pag. 39. Senſus eſt apertus.

*non* hic *innocens eſſe, ſed iudices*] Gudi
omittit Pronomen *hic:* nec reprehen
Pro *peieraſſe*, Academ. *peioraſſe.* forte
*iuraſſe*, quod et Ciceroni, et Plauto a
que vindicarunt viri docti. v. C. Lan
Fr. Fabrit. ad Cic. III. Offic. cap. XXIX.

23. *Primum honorem in quaeſtura*] D
de *quaeſtura*, qui erat primus gradus
norum, quod Aſconius docuit. Gu
*et hunc ordinem deſpectus, cuius adit*
*quoque, ford.* cet. ita et Academ. niſi
is omittat. Edd. vett. voce amplius
*cutus eſt hunc locum et hunc ordinem*
*ctum, cuius* cet. et illud *ſecutus eſt* G
rus in aliquot MSS. reperit: noſtri t
reſpuunt, qui facile illis concederen
ex vulgata etiam, aut potius noſtr
librorum ſcriptura commodus ſenſu
poſſet. nam non opus eſt *deſpectum*
*dit* cum recentioribus inferre; ſed
*ctus* mutare in *deſpexit.* i. pro nihi
buit dignitatem huius ordinis ſen
quippe cuius aditus ſibi quoque pat
cum tamen conſcius ſibi eſſet, qua
dide vixerit, et quam ſit omnibus
contaminatus. Ita Cicero in Verr
*ſic ordinem ſenatorium* deſpexiſti.

extrema fortuna ſtetit: et ita diſceſſit, vti non hic innocens eſſe, iudices peieraſſe, exiſtimarentur. Primum honorem in quae- 23
adeptus, hunc locum et hunc ordinem deſpexit: cuius aditus quoque, ſordidiſſimo homini, patuiſſet. Itaque timens, ne faci-eius clam vos eſſent, cum omnibus matrum familiarum viris op-brio eſſet, confeſſus eſt, vobis audientibus, adulterium; neque uit ora veſtra.

Vixeris, vti libet, Salluſti; egeris, quae volueris; ſatis ſit, vnum te 24. VI
rum ſcelerum conſcium eſſe; noli nobis languorem, et ſoporem ium exprobrare. Sumus diligentes in tuenda pudicitia vxorum arum: ſed ita experrecti non ſumus, vt a te cauere poſſimus. acia tua vincit ſtudia noſtra. Ecquod hunc mouere poſſit, P. C. um ac dictum turpe, quem non puduit palam, vobis audientibus,

ius eſſet ad perſonam dicentis. Pote- alia etiam excogitari ab his, quibus um erit.

*trema* fortuna *ſtetit* ] Academ. omit- ocem *fortuna* ſtetit, vt *extrema ſtetit* ſit rouerbio *in extrema regula ſtare*, *in ex- ſtare.* vide Lipſium ad Senec. Epiſt. pag. 39. Senſus eſt apertus.

hic *innocens eſſe, ſed iudices* ] Gudian. itit Pronomen *hic*: nec reprehendo. *peieraſſe*, Academ. *peioraſſe.* forte *per- ſſe*, quod et Ciceroni, et Plauto aliis- vindicarunt viri docti. v. C. Lang. et Fabrit. ad Cic. III. Offic. cap. XXIX.

3. *Primum honorem in quaeſtura* ] Docte *quaeſtura*, qui erat primus gradus ho- rum, quod Aſconius docuit. Gudian. *hunc ordinem deſpectus, cuius aditus is que, ford.* cet. ita et Academ. niſi quod mittat. Edd. vett. voce amplius; *ſe- s eſt hunc locum et hunc ordinem deſpe- m, cuius* cet. et illud *ſecutus eſt* Grute- s in aliquot MSS. reperit: noſtri tamen puunt, qui facile illis concederent, niſi vulgata etiam, aut potius noſtrorum rorum ſcriptura commodus ſenſus elici ſet. nam non opus eſt *deſpectum reddi- cum* recentioribus inferre; ſed *deſpe- us* mutare in *deſpexit.* i. pro nihilo ha- it dignitatem huius ordinis ſenatorii, ippe cuius aditus ſibi quoque patuiſſet: am tamen conſcius ſibi eſſet, quam ſor- de vixerit, et quam ſit omnibus flagitiis ntaminatus. Ita Cicero in Verrem: *tu ordinem ſenatorium* deſpexiſti.

*clam vos eſſent* ] Gudian. et Remenſ. *clam nos*; Acad. *clam nobis*; Incert. *clam vobis*; Edd. Venetae, *ne facinora eius clandeſtina clara vobis eſſent.* Male. eſt enim Ironia, haud indecora. *Clam vos*, vt Cicero *clam iis*; Terent. *clam patrem.* nempe cum vtroque Caſu conſtruitur.

*c. omn. matribus familias opprob.* ] MSS. noſtri omnes, *cum omnibus matrum familiarum veſtris opprobrio eſſet.* id *veſtris* per notam ſcribunt *uris.* Vnde iam in edd. Venetis factum *viris*, quod in membranis aliquot legiſſe vult Gruterus. *Matres familiarum* veteres ſaepe dixiſſe, exemplis probatum ad Sall. Catilinam. Neque tamen in illa lectione adquieſco. iuuares eamdem emendando *opprobrium.*

24. *Sumus* diligentes ] Apulei. IX. Metam. pag. 786. ed. Lugd. 1604. *Quanto melior Phileſitaerus adoleſcens et formoſus, et liberalis, et ſtrenuus, et contra maritorum* inefficaces diligentias *conſtantiſſimus.* ibi vide Beroaldum, vt et Pricaeum pag. 510. vbi haec Declamationis verba adſcripſit. Ceterum in illo Verbo *exprobrare* deficit Remenſis ſecundus, qui ſolus has Oratiunculas habuit.

*ita experrecti non ſumus* ] Gudian. *ita experti*, male. *Experrectus*, excitatus, eſt idem, qui attentus, vigilans. vide notam ad Cat. cap. XX.

*factum ac dictum turpe* ] Sic multi, in eis Criſpus, *neque* facto, *neque* dicto *vllo abſtinere, quod modo ambitioſum eſſet*, Iug. cap.

 adul-

25 adulterium confiteri? Quod ſi nihil pro me tibi reſpondere voluiſſem; ſed illud cenſorium elogium Ap. Claudii, et L. Piſonis, integerrimorum virorum, quo vſus eſt quiſque eorum, pro lege palam vniuerſis recitarem: nonne tibi viderer aeternas inurere maculas,
26 quas reliqua vita tua eluere non poſſit? Neque poſt illum delectum ſenatus te vmquam vidimus. Niſi forte in ea te caſtra conieciſti, quo
27 omnis ſentina reip. confluxerat. At idem Salluſtius, qui in pace ne ſenator quidem manſerat, poſtea quam reſp. armis oppreſſa eſt, et idem victor, qui exſules reduxit, in ſenatum poſt quaeſturam reductus eſt. Quem honorem ita geſſit, vt nihil in eo non venale habuerit, cuius aliquis emtor fuerit. Ita igitur egit, vt nihil non aequum, ac verum duxerit, quod ipſi facere collibuiſſet: neque aliter vexauit,

LXIV. n. 5. vbi vide. mox MSS. *quem non puduerit.* De confeſſione illa ſictitia adulterii vide Scholiaſt. Hor. I. Sat. II.

25. *cenſorium* elogium *Appii Claudii*] Appius Claudius Pulcher et L. Calpurnius Piſo cenſores fuerunt A.V. 704. iique multos nobilium, in quibus Criſpus Salluſtius, ſenatu eiecerunt, ſi fides habenda Dioni Caſſ. Libr. XL. pag. 150. *Elogium* dicit ſententiam Cenſorum, ſeu titulum et cauſſam, qua de cauſſa ſenatu eiecerint, vt vel ex Dione conſtare poterit. Sic *elogium exheredationis* apud Quinctilianum. vide Interpretes Petronii cap. LIII. Hinc eſt, quod Gloſſae exponant *notam criminis, titulum criminis.* vide omnino Valeſium ad Ammian. XIV. cap. V. pag. 19. et Muncker. ad Fulgent. Mytholog. I. p. 30. alios.

*quisque eorum, pro lege*] Glareano ſuſpecta eſt vox *eorum*, etiamſi ad Cenſores referatur. Sed non aliter intelligi poteſt, quam de Cenſoribus: et addidit illa, ne quis alterum Cenſorem alteri obſtitiſſe crederet, vt in aliis fecerat Piſo. *Pro lege* recitarem eſt tamquam legem; ſiue quod adeo certum ſit illud elogium, ſiue vt omnes audiant. An *pro lege* dixit notione *pro licentia* et *poteſtate* mea? Nam *lex* ſaepe id Ciceroni, quod ex lege deſcendit. An *vſus eſt pro lege* iungendum?

*inurere maculas*] Ciceronis ſunt *infamiam, notam inurere:* et V. Verrina cap. XLVI. *Errabas, cum te* maculas *furtorum et flagitiorum tuorum ſociorum innocentium ſanguine* eluere *arbitrabare.*

26. *poſt illum delectum ſenatus*] Gudian. *dilectum;* Incert. pro var. lect. *decretum.* Venetae, *illum* praetereunt. Cicero: *Quod idem facere cenſores in* delectu dignitatis, *et in iudicio ciuium, et in animaduerſione vitiorum qui conuenit?*

*in ea te caſtra*] in caſtra Caeſaris. Multi certe equitum et ſenatorum poſt illam cenſoriam notam Caeſarianas partes ſecuti ſunt. Auctor Dio l. c. adde I. de Rep. Ord. cap. III. *ſentinam reip.* Ciceronis eſſe, diximus ad Catil. Salluſtii.

27. *idem victores, qui exſules*] Edd. Venetae et Gryphii: *idem victor, qui exſules reduxit.* quam lectionem in ſuis libris etiam offenderat Glareanus, et ob id locum pronunciat corruptum. minus vere. Intellige, *et idem victor fuit.* Caeſarem exſules reduxiſſe, nempe eos, qui ob ſuas partes eiecti ſunt, tum et proſcriptos alios ex Caeſare, Dione, Suetonio conſtat.

*poſt quaeſturam reductus eſt*] Erat enim moris Romani, vt ſenatu moti, cum iterum in eum ordinem reciperentur, aliquo honore ornarentur: quod de *praetura* adnotauimus ad Cat. cap. XVII. n. 3. Et praetorem quidem Salluſtium factum eſſe, vt recuperaret dignitatem ſenatoriam, tradit Dio Libr. XLII. pag. 209.

*venale habuerit*] Imitatur Cic. II. Philipp. cap. XXXVIII. *Omnino nemo vllius rei fuit emtor, cui deſuerit hic venditor.* Mox *igitur* deficit in MSS. noſtris.

*neque aliter vexauit, ac*] Gudian. *neque aliter vixit.* male. *vexauit homines, remp.*

ac

ebuit, ſi quis praedae loco accepiſſet magiſtratum. Peracta quae- 28
m, poſteaquam magna pignora eis dederat, cum quibus ſimilitudi-
ne ſe coniunxerat, vnus iam ex illo grege videbatur. Eius enim
is exemplar erat Salluſtius, quo tanquam in imam voraginem
us omnium vitiorum exceſſerat: quidquid impudicorum, cillo-
n, parricidarum, ſacrilegorum, debitorum fuit in vrbe, munici-
s, coloniis, Italia tota, ſicut in fretis, ſubſederant, nominis perditi,
otiſſimi, nulla in parte caſtris apti, niſi licentia vitiorum, et cupi-
te rerum nouarum.
At poſtea quam praetor factus eſt, modeſte ſe geſſit et abſtinenter. 29. VII.
nne ita prouinciam vaſtauit, vt nihil neque paſſi ſint, neque ex-
ctarint grauius ſocii noſtri in bello, quam experti ſunt in pace,
Africam interiorem obtinente? vnde tantum hic exhauſit,
ntum potuit aut fide nominum tranſiici, aut in naues contrudi.
ntum, inquam, P. C. exhauſit, quantum voluit. ne cauſſam dice-

m etiam *magiſtratum*, ſi cum Salluſtio i voluiſſet ex Cat. cap. xx. Sed priora ſpexit, quod de iis, qui magiſtratum nt, ſaepiſſime ita loquantur, in pri- de his, qui in prouincias mittebantur. ir peculiaris Ciceroni dictio, vbi alii non ita bene ponunt. vide notam ad cap. LXV. n. 2. infra Declam. extr.

*magna pignora eis dederat*] magna do- menta ediderat, eſſe ipſis ſimilem. i. fa- his oſtenderat, quod eſſet aeque in- s, rapax, crudelis, ac ceteri eiusdem onis. Cicero, *minus multa dederunt ip. pignora.* adde I. Phil. cap. III. Iuſtin. p. X. n. 20.

*ut enim* partis] Raro Cicero extra op- itionem duarum partium *pars* numero ulari adhibet pro coetu, factione. Pol- Cic. X. epiſt. XXXI. n. 5. *Cum vero non li- t mihi* nullius *eſſe* partis. Coelius Epiſt. n. 8. *honeſtiorem ſequi* partem. et ſic ii. Cic. pro Sulla cap. III. *in impiorum rem atque parricidarum* numerum *con-*

*tanquam in imam voraginem*] Gudian. *tam in vnam voraginem.* Edd. vett. et yph. *tantum in vnam vor.* Acad. *tamquam nni voragine.* non male, *tq. in imma- m voraginem.* Sententiam eadem fere ſimilitudine expreſſit Salluſt. Cat. cap. XVII. n. 5.

*coetus omnium vitiorum*] Similiter Criſpus Cat. cap. XIV. n. 1. *omnium* facinorum *atque* flagitiorum, *tamquam ſtipatorum, circum ſe* cateruas *habebat.* vbi vide.

*impudicorum*, cilonum] Incert. *chilonum*; Acad. *lenonum*; edd. vett. *cillonum*, quomodo ſcribendum eſſe Petr. Crinitus VII. de Hon. Diſcipl. cap. VIII. euincere voluit, deducens ab antiquo *cillere* h. e. agitare, motitare, canum more, atque Cinaedorum. Gloſſae: *Cilones*, ΦΟΞΟΙ.

*nominis perditi ac notiſſimi*] Guilielmius non male: *homines perditi a. n.* *Notus* autem etiam in deteriori ſignificatione dicitur, pro famoſo. Vt *Notisſimus aleator*, Aſconius. *notus latro*, Cicero. Ita *nobilis*, *conſpici* et plura verba alia vſurpantur. vide Schulting. ad Senec. Suaſ. VII. p. 49.

29. *praetor factus*] De praetura Salluſtii meminit Dio XLII. pag. 209. et de aduerſa eius fortuna, Appian. II. Cic. pag. 485. Plutarch. Caeſ. pag. 732.

*Africam interiorem*] Numidiam, cui praefectus eſt a Caeſare. Dio XLIII.

*fide nominum tranſiici*] Acad. *fidem hominum.* Male. Edita lectio ſummam Criſpi auaritiam indicat, qui non contentus numeratam pecuniam rapere, etiam nominibus pecuniam ab aliis ſumere, ſibique tradere coegit. vide Salluſt. Cat. cap. XXXV.

ret,

30 ret, ſeſtertio duodecies cum Caeſare paciſcitur. Quod ſi quidpiam eorum falſum eſt; hic palam refelle, vnde tu, qui modo ne paternam quidem domum redimere potueris, repente tamquam ſomnio beatus, hortos pretioſiſſimos, villam Tiburti C. Caeſaris, reliquas poſſeſſio-
31 nes paraueris? Neque piguit quaerere, cur ego P. Craſſi domum emiſſem: cum tu veteris villae dominus ſis, cuius paullo ante fuerat Caeſar? modo, inquam, patrimonio non comeſo, ſed deuorato, quibus rationibus repente factus es tam adfluens, et tam beatus? Nam quis te faceret heredem, quem ne amicum quidem ſuum ſatis honeſtum quiſquam ſibi ducit, niſi ſimilis, ac par tui?

VIII. 32 At hercule egregia facta maiorum tuorum te extollunt: quorum ſiue tu es ſimilis, ſiue illi tui, nihil ad omnium ſcelus, ac nequitiam ad-
33 di poteſt. Verum, vt opinor, honores tui te faciunt inſolentem. Tu, Criſpe Salluſti, tantidem putas eſſe bis ſenatorem, et bis quaeſto-
34 rem fieri, quanti bis conſularem, et bis triumphalem? Carere debet

*ſeſtertio duodecies* ] Alii *ſeſtertium*. corrupte, vt pluribus oſtendit Doctiſſ. Gronou. IV. de Pec. Vet. cap. IV. Summa eſt ad noſtram pecuniam 25000. Philippeorum.

30. *domum* redimere *potueris* ] Incert. et Gudian. *relinire*, quomodo et alii MSS. apud Gruterum, vnde Guilielm. fingebat, *retinere*. minus eleganter. Edita melior. ſiquidem et ille *redimere* recte dicitur, qui debitoribus ſatisfacit, atque ita prohibet, ne vendere opus ſit. vide Salluſt. Cat. *c.* XIV.

*tamquam ſomnio beatus* ] Eraſmus reſpicere putat auctorem ad id, quod per ſomnium multi ſibi ditiſſimi videntur. cum lege Chil. I. Cent. VII. n. 87. Notum tamen et aliud prouerbium, quo *per ſomnium* ea fieri dicuntur, quorum cauſſae non ſunt apertae: quod alii *per ſomnum* dicunt.

*hortos pretioſisſimos* ] *Salluſtianos* a poſſeſſore nominatos. mentio eorum apud Tacitum, Euſebium, Dionem, Vlpianum, Caſſiodorum, alios. vide Donat. III. de vrbe Rom. cap. XXIII.

*villam Tiburti* ] Gudian. *villam in Tiburti*; Venetae, *Tiburtii*. *Tiburtinam* intelligit, eamque fortaſſis, quam poſtea Adrianus Aug. ſplendidius aedificauit. vide Kircher. Lat. antiqu. et nou. P. III. Mallem autem *villam Tiburtem*, aut *in Tiburte*, vt Cicero loquitur. edita enim vitioſa eſt. Poſtremum MS. iuuat. Glareanus *Tiburi* legit. De *poſſesſionibus* diximus ad Cat. cap. XXXV.

31. *ſed deuorato* ] *deuorare* amplius ſonat, quam *comedere*, et eſt Ciceronis verbum II. Philipp. cap. XXVII. *Quamobrem definite mirari, haec tam celeriter eſſe conſumta. non modo vnius patrimonium, quamuis amplum, vt illud fuit, ſed vrbes et regna celeriter tanta nequitia* deuorare *potuiſſet*.

*quis te faceret* heredem ] Supra enim hic Pſeudo-Cicero dixerat, ſe hereditatibus amicorum diuitem factum.

32. *facta maiorum tuorum* ] Incert. omittit vocabulum *maiorum*. in Venetis prioribus *tuorum* bis eſt expreſſum.

*ſiue illi* tui ] Acad. *tibi*.

*nihil ad omnium ſcelus* ] Edd. Venetae, *nihil ad tuum ſcelus addi poteſt*. quod magis placet. Infra MSS. noſtri *totidem putas eſſe*.

33. *quanti bis conſularem et triumph.* ] Nimirum Salluſtius cum maximo dedecore *bis ſenator* factus eſt, quoniam, vt ſupra legimus, eo motus eſt; at Cicero cum magna gloria *bis conſularis*, h. vt conſularis in exſilium eiectus eſt, ſed ſtatim reuocatus omnes ſuas dignitates recepit, quod paſſim ipſe pluribus praedicat. Glareanus non debuerat haeſitare, aut de Cicerone bis conſule cogitare. vide notam ad VI. Hiſt. Or. Cottae n. 3. *triumphalis* ſibi eodem iure videtur, quoniam meruerat triumphum, neque haec eius gloria exſilio ſuo interciderat, ſed cum reditu renouata erat.

34. *Carere debet o. vitio* ] Acad. Gudian. et Incert. *Carere decet*. vide Iuuenal. Sat. II.

omni



omni vitio, qui in alterum paratus
qui non poteſt verum ab altero au
adſecla, omnium cubiculorum in a
ter, omnis ordinis turpitudo es, et
hoc grauius pati potuimus, quam
videamus? Deſine bonos petula
morbo procacitatis iſto vti: de
aeſtimare: his moribus amicum
inimicum habere. Finem dice
grauius offendere animos audito
xerunt, quam eos, qui commiſer
eſt, non quid Salluſtius merito de
ego honeſte effari poſſum.

*qui non poteſt verum ab a. a.* ] h. cui non
ab altero vera crimina obiici poſſunt, i
demum maledicere alteri poteſt. Suſpi
cor tamen, aliquam ſubeſſe corruptionem
35. in aetate *pellex* ] Sic omnes MSS.
vett. edd. Perperam in Cicerone edid
runt, *in prima aetate*. Nam florem aetati
ſiue eam partem aetatis viri, quae idon
eſt ad illa flagitia, praeciſe *aetatis* adpell
tione venire, ſupra adnotauimus n. II.
*ciuilis belli* memoria ] h. e. quaſi mon
mentum quoddam, quod dum adſpi
mus, ſubit memoria ciuilis belli. id eni
te in ſenatum reduxit. Ita Ciceroni *fi*
pro re, quae fidem faciat; *terror*, pro ex
citu, qui terrori eſt; *decus*, pro homi
qui adfert decus, in vſu ſunt. Ita idem
le v. Verr. cap. LVI. *odores* dixit, pro re
odoriferis. ita Seneca Epiſt. LXXXIII. *ſo*
*rem*, pro medicamento ſoporifero. I
M. Seneca Suaſor. VII. pag. 45. *Cicero p*
*ceps ſenatus Romanique nominis* titulus
vide Gronou. Auſonius Epigr. XXXIV.
*etiam ſaxis* nominibus*que venit*, de ſcu
marmore, quo nomen cuiusdam M
propagare voluerant. Claud. Olybr. *v.*
Nomina *annis parturit*. i. conſules.
*tutela*, *indicium* alia plura obuia erun
tendentibus.
*Quid enim grauius* ] Gudian. *quid*
*bis grauius*; Incert. et Academ. *hoc g*

…ſi vitio, qui in alterum paratus eſt dicere. Is demum maledicit,
…non poteſt verum ab altero audire. Sed tu omnium menſarum 35
…cula, omnium cubiculorum in aetate pellex, et idem poſtea adul-
…omnis ordinis turpitudo es, et ciuilis belli memoria. Quid enim
…grauius pati potuimus, quam quod te incolumem in hoc ordine
…mus? Deſine bonos petulantiſſima conſectari lingua: deſine 36
…rbo procacitatis iſto vti: deſine vnumquemque moribus tuis
…ſtimare: his moribus amicum tibi facere non potes, videris velle
…micum habere. Finem dicendi faciam P.C. Saepe enim vidi 37
…uius offendere animos auditorum eos, qui aliena flagitia aperte di-
…unt, quam eos, qui commiſerunt. Mihi quidem ratio habenda
…, non quid Salluſtius merito debeat audire, ſed vt ea dicam, ſi qua
…honeſte effari poſſum.

…*non poteſt verum ab a. a.* ] h. cui non …tero vera crimina obiici poſſunt, is …m maledicere alteri poteſt. Suſpi…men, aliquam ſubeſſe corruptionem.

… in aetate *pellex* ] Sic omnes MSS. et … edd. Perperam in Cicerone edide… *in prima aetate*. Nam florem aetatis, …am partem aetatis viri, quae idonea …d illa flagitia, praeciſe *aetatis* adpella…e venire, ſupra adnotauimus n. II.

…*uilis belli* memoria ] h. e. quaſi monu…tum quoddam, quod dum adſpici…, ſubit memoria ciuilis belli. id enim …n ſenatum reduxit. Ita Ciceroni *fides*, …, quae fidem faciat; *terror*, pro exer…, qui terrori eſt; *decus*, pro homine, …adfert decus, in vſu ſunt. Ita idem il… Verr. cap. LVI. *odores* dixit, pro rebus …riferis. ita Seneca Epiſt. LXXXIII. *ſopo*… pro medicamento ſoporifero. Item … Seneca Suaſor. VII. pag. 45. *Cicero prin*…*ſenatus Romanique nominis* titulus vbi …e Gronou. Auſonius Epigr. XXXIV. *Mors* …*ſaxis nominibusque venit*, de ſculpto …more, quo nomen cuiusdam Marcii …pagare voluerant. Claud. Olybr. *v.* 204. …mina *annis parturit* i. conſules. Ita …, *indicium* alia plura obuia erunt ad…dentibus.

*Quid enim grauius* ] Gudian. *quid enim …grauius*; Incert. et Academ. *hoc grauius*, quod exſtat in edd. Venetis, nec reiicere potuimus.

36. morbo *procacitatis* ] Ita principio Declam. primae: *ſi te ſcirem iudicio magis, quam* morbo animi, *petulantia iſta vti.* vbi vide.

*moribus tuis aeſtimare* ] Tales cuique mores adfingere, quales ſunt tui. Terent. Andr. A. IV. Sc. I. *Tuum animum ex animo ſpectaui meo.* Heautont. A. V. Sc. I. *niſi illos tuo ex ingenio iudicas.* Acad. *exiſtimare.*

*his moribus amicum tibi* ] Acad. *his moribus eſſe tibi et amicum facere*; Incert. et Gudian. *amicum efficere.* De ſe loqui videtur Cicero. his tuis, Salluſti, moribus me tibi amicum facere non poteris. de qua Ellipſi diximus ad Iug. cap. XIV.

37. *grauius offendere animos a.* ] Egregia profecto ſententia, et noſtra aetate haud negligenda: iis maxime, qui ſcriptores libere ac latine loquentes interpretantur. Loco tamen non ſuo inculcata eſt ab auctore. vix enim aliquod flagitium et turpe dictu ſupererit in vita Salluſtii, etiam ſi ille contaminatiſſimus fuiſſet, quod non ille apertis verbis iam propoſuerit.

*non quid S. m. debeat audire* ] MSS. Incert. et Acad. *non quae S.* atque eodem modo edd. Venetae. De eo, quod ſequitur, *ſi qua* reſpice ad n. 27.